℟ Qui in te confidit anima mea ℣ Iuste iudica
Si uere utique iusticiam loquimini: recte iudicate
filii hominum. Et enim in corde iniquitates
operamini in terra: iniusticias manus vestre concinnant.
Alienati sunt peccatores a vulva erraverunt ab utero: locuti
sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem
serpentis sicut aspidis surde: et obturantis
aures suas. Que non exaudiet vocem incantantium: et venefici incantantis sapienter.
Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet
dominus. Ad nichilum devenient tamquam aqua decurrens: intendit
arcum suum donec infirmentur. Sicut cera
que fluit auferentur super cecidit ignis: et non
viderunt solem. Priusquam intelligerent spine
vestre ramnum: sicut viventes sic in ira absorbet eos.
Letabitur iustus cum viderit vindictam:
manus suas lavabit in sanguine peccatorum.
Et dicet homo si utique est fructus iusto:
utique est deus iudicans eos in terra. ps. lviii.
Eripe me de inimicis meis deus meus: et ab insurgentibus
in me libera me. Eripe